



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -  
Quorum Catalogum versa pagina indicat

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1604**

Lectori Salvtem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)



## LECTORI SALV T E M.

**H**abes, erudite Lector, Antiquae  
lectionis Tomum Quintum. Qui  
si prioribus praestantior & opulen-  
tior tibi videatur, ut non iniuria  
videbitur, est quod gratias agas Reuerendissi-  
mo, & Illustrissimo Principi ac Domino BER-  
NARDO, celeberrimi Monasterij S. GALLI,  
apud Heluetios Antistite religiosissimo, ex cuius  
insigni, vetustisq; membranis referta bibliote-  
ca, pleraq; monumenta, quae nunc vulgamus,  
deprompta sunt; & foras exire iussa in tuum,  
mi Lector, commodum, Catholicaq; Religionis  
emolumentum & incrementum, planeq; confido  
fore, ut ex eodem S. GALLI thesauro non modi-  
cis thesauris locupletetur quoq; Tomus Sextus,  
quem iam typis adorno.

In quo quidem labore, laboris & sumptus  
non exigui, nihil aliud spectatur, quam ut ne  
tam eximia melioris sui reliquia puluere, sit uq;  
& 11-

## AD LECTOREM.

Et tinearum dentibus euiſta, tandem penitus  
 intereant. Deinde, ut qui à Catholica, Roma-  
 naq; fide auj ierunt, his quaſi indicibus diſcāt;  
 unde exciderint, Et quò reuertendum ſit, ſi ſa-  
 lutem conſequi velint. Interroga generationem  
 priſtinam, monet ille, & diligenter inueſtiga Pa-  
 trum memoriam; (ſeu, ut vertunt, qui omnia <sup>lib. 4.</sup>  
 inuertunt Et peruertunt, deque nulla re minus  
 ſolliciti ſunt, quàm de ſemitis ſuorum patrum)  
 Interroga, obſecro, ætatem priorem, & ſollicito  
 animo inueſtiga patres eorum. Cauſſa gemina  
 mox additur, cur hoc faciendum ſit. Quia nos  
 heſterni ſumus, & ignoramus, quoniã ſicut um-  
 bra dies noſtri ſunt ſuper terram. Et ipſi docebūt  
 te, loquentur tibi, & de corde ſuo proferent elo-  
 quia. Seu, ut heſterni transferunt, <sup>ēgō m. 2. u. 1.</sup> An  
 non ipſi docebunt te, & dicent tibi, atq; ex corde  
 ſuo proferent verba? Interrogemus ergò S. Gal-  
 lum, quam Religionem profeſſus ſit; quam fidē  
 accolis Acroniani lacus annunciarit; quam fi-  
 dem eo ipſo in loco, ubi nunc vrbs Et Monaste-  
 riū S. Galli, plantarit; cuius fidei efficacia tot  
 miracula patrarit; ipſaſq; efferas ſeras ad leni-  
 tatē inflexerit, Et cicurarit. Interrogemus, in-  
 quam,

quam, S. Gallum, quam fidem tenuerit; nos enim hesterni sumus. Lutherus, Zwinglius, Calvinus, alij Nouatores, hesterni sunt, nouitij, pronuper sati & nati. Ipse S. Gallus tam antiquus, tam miraculis conspicuus, ipse inquam, nos, tanquam pater, doceat; ipse de corde suo eloquia proferat. Et quid aliud nos docebit, quid aliud sancto de pectore promet, quàm se Catholicam, Apostolicam, Romanamq; fidem in lacus Acroniani finibus seuisse; satam rigasse, rigatã eò perduxisse, ut letissimos, uberrimosq; fructus ferret, longeq; ac latè diffunderet, donec tandem hesterni isti, vel summum nudius tertiani, segetem tam felicem demessuerunt, & in locum eius lappas ac tribulos & zizania infesta inimici hominis manu quondam iacta, substituerunt.

Interrogemus S. Magnum, Theodorum, Notkerum, Bedam, Althelmum, Alcuinum, Theodulphum, Modoinum, Ruricium, Desiderium, Sedatum, Halitgarium, Columbanũ, Adamanuum, alios, quid aliud nos docebunt, quid aliud dicent nobis, quid aliud proferet de corde suo, quàm Lutherum, Zwinglium, Calvinum,

## AD LECTOREM.

vinum, & similes huius classis, deceptores, ac impostores esse. Vbi enim in horum lucubrationibus vel tenuis umbra noui istius Euangelii apparet? Omnia plena sunt Monachis, monasteriis, sacerdotibus, Episcopis, signo Crucis, Sāctorum imaginibus, Reliquiis, Inuocatione, cultu, precibus pro defunctis, Sacrificio Missa, & huius generis sexcentis aliis: nihil hic de prædicantibus & ministris, omnium prædicatorum immaniſſimis & iuratiſſimis hostibus. An æquū est ut veteres illos, qui sanctimoniam & integritatem suā tot rebus supra naturā vires gestis comprobarunt, deseramus, & his hesternis aures præbeamus? At obstat id, quod iam recitauimus diuina scripturæ oraculū, cohortans, imo etiam atq; etiam mandans, ut interrogeamus ætatem priorem, illam videlicet, quæ ante istos noui euangelij præcones extitit, diligenterq; inuestigemus Patrum memoriam, nam qui sese euāgelicæ veritatis assertores & reformatores profitentur, hesterni sunt, et in densiſſimis ignorantie tenebris versantur. Cur illis fidem haberes, veteribus neglectis?

At promittunt hesterni isti veritatē. Scilt-

(b)

1177-

et veteres, ad quos, tanquam ad Magistros & preceptores, sacraliter nos ablegat; veritate caruerunt. scilicet S. Gallus, S. Magnus, eorumque discipuli; S. Columbanus, & alij, veritate auditoribus suis, quos ab Ethnica superstitione abstractos Christiana religionis mysterijs imbuebant, non tradiderunt, nec Christianos effecerunt; sed ab errore in errorem induxerunt, donec hesternus dies hesternis istos Rabbinos orbi pepit. Interea perperam euangelizabatur, ut cum Tertulliano loquar, perperam credebatur, tot millia millium perperam tincta, tot opa fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam facta, tot denique Martyria perperam coronata; Aut si nec perperam, nec in vacuo, quale est, ut ante res Dei currerent, quam cuius Dei notum esset? ante Christiani, quam Christus inuentus? (quia non ab antiquis illis, Gallo, Magno, Theodoro, & id genus aliis inuentus est, si vera nobis isti Nouatores canunt, sed à Luthero, Caluino, Zuinglio) ante haereses, quam vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit; postremo similitudo succedit. Caeterum satis ineptum, ut prior in doctrina haeresis habeatur vel quoniam ipsa est, quae futuras haereses & cauend-

Tertul. li.  
de praescri.  
c. 22.

AD LECTOREM.

das prænucliauit. *Sed his valere iussis, qui stantibus ruinã, non autẽ iacẽtibz eleuationẽ operãtur, ut idẽ Tertul. ait: Interrogemus, Prophetã iussu,* de semitis antiquis, quæ sit via bona, & am- <sup>Hier. 6.</sup>bulemus in ea, & inuenimus requiem animabus nostris. Meminerimus dierum antiquorum, co- <sup>Dent. 32.</sup>gitemus generationes singulas. interrogemus patre nostrũ. & annunciabit nobis, maiores nostros. & dicent nobis. *Quod si sedulo præstemus, nihil loci apud nos aut inueniet, aut retinebunt, noui recenteq; isti Euangelistæ, quos nec coluerunt, nec agnouerunt Patres nostri.*

*Verũm hæc hæctenus. Finiã, amice Lector, si te prius monuero, Auctores primæ partis huius Tomi deberi admodum Reuerẽdo, & de Ecclesia Dei optimẽ merito, indiesq; adhuc benẽ merenti Patri Antonio Possenino Societatis Iesv Theologo, qui eos post mortem clarissimi Interpretis Francisci Turriani, quasi pupillos, suam in tutelam recepit; tandemq; ad nos per nobilem & amplissimum Dominum Marcum Velsorum II. Virum Augustanum cum aliis veterum lucubrationibus euulgandos transmissit. Vale.*

(b) 3

AP-